Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26898
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Pset. tm.

insua essentia corporalitate nudetur. Incognitum quippe est ipse ipsum. nacceu
bente materia. quasi sine subiecta materia. ut dictum est. percipi non potest. inquantum
uidelicet materia propria manifestat actione. Ex quo quidam magis incorporeum
esse uidetur. quia propriet subiectam materiam. adsensum nuentur. Vnde uidetur ig
nis quidam medium esse inter uisibilia et inuisibilia. inquantum illis adpxi
mat incorporeis. et corporeis inquantum istis appropinquat. Est et immensu
rabilis quantum in infinitum excrescit. et quantum materia subiecta sufficit.
ipse non deficit. et est inuisibilis. quia insua pura substantia extra subiectam
materiam non uidetur. Est et ipse ipsum potens simul omnium. scilicet rex. et potens
est omnium quecumque meis uidelicet rebus fiunt. ad actionem propriam. Ingne si
quidem primum motum corporeis est. et quia omnia alia mouet. et ipse a alio non mo
uetur. Preterea quicquid in omnibus agitur. non propter proprium inquibus fit. sed ipsi poci p
quam fit. Sequitur Mobilis. tendens se ipsum omnibus quaquam primantibus. Qua
re ipse mouetur propio motu. diffundit se in omnia. unum quodque mouens
secundum quod ei approximat. i. secundum quod plus minus mobile inuenit.
Est et renouatiuus omnium. quia renouat (i. crescentia) uetescentia ne omnio deficiat
et innichilum eant. Videmus singulos annos quomodo ignis naturam
innouat. quando ea quhyemali algore senuerant. calore uno
repetacta reuuiscunt. Inquantum hoc ipse ignis custodia est naturae.
quia naturam custodit ne omnio esse desinat. si semper defectum patiatur
et nunquam repararetur. Est et illuminatiuus. quia illuminat omnia
circumuelatis splendoribus. Splendores siquidem ei adilluminationem foris emicant. sed circumuelantur quando rursum se adsecta
naturae suae reducti occultant. Preterea quia est in apprehensibilis. quia foris
quidem effusus sensu percipitur. sed introrsus subduci non apprehenditur.
Est et clarus manifeste apparens. et discretus diuisa distinguens. et est resiliens quia deorsum pascitur et rursum mouetur. in fi
ora ardore apprehendens. et abhinc rursum leuitate propia adalta